comitatus ille cum uirgine propinquabat · Et ecce aduentare subito deae
pronubae nuntiatur · Antequam concordia fides pudicitiaq; praecurrunt
Nam cupido corporeae uoluptatis illex licet cum sese ante uell& philologiae occur
sibus non ausa est inter esse · At ubi in conspectu nubentis diua peruenit
atq; ut mos uirginis erat lectum aromatis deancalibus depascitur ·
Iuno pulchra lic& aliud nomen tibi consortium caeleste tribuerit & nos a iuuando
iunonem unde & iouem dicimus nominemus siue te lucinam quod lucem
nascentibus tribuas ac lucetiam conuenit nuncupare · Nam fluoniam febru
alemq; ac februam mihi poscere non necesse est cum nihil contagionis
corporeae sexus immixta pertulerim · Iterducam & domiducam unxiam cinctiam
mortales puellae debent in nuptias conuocare · ut earum & itinera protegas
& in optatas domos ducas & cum postes unguent faustum omen affigas & cingu
lum ponentes in thalamis non relinquas · socigenam te quas uel in partus
discrimine uel in bello protexeris precabuntur · populonam plebes · curitim
debent memorare bellantes · hic ego te aeriam potius ab aeris regno
nuncupatam uoco · Da nosse poscenti quid haec aeria latitudo atq; ambitus
plurimis concurrentibus campi animantum gerat · quidue hic dicatur
numinum subuolare · non enim de humilitate aeris illius quaero quod uolu
cribus peruolatur quem olympi montis cacumen excedit · qui uix decem
milia stadiorum altitudine sublimatur · sed elatiora disquiro · ac tamsi puto
quicquid ΠΕΡΙ · ΕΥΔΑΙΜΟΝΩΝ · lectitans intellexeram conspicari · hic
uno conscendentes precibus non repugnans conspecti in arces ducit aerias
atq; ex his nunc multorum diuersitates cedo & potestatum · Illi inquit quos
ignitae substantiae flammantisq; suspicimus ab ipso aethere sphaeraeq; superi
oris ambitu usque solarem circulum dominantes · ipsi dicuntur dii & caeli
tes aliis perhibentur · Causarumque latentium arcana componunt · sunt ii
puriores nec admodum eos mortalium curarum uota sollicitant · ΑΠΑΘΕϹ ·
que perhibentur illic iouem regnare certissimum est · At infra solis meatum usq;
lunarem globum · secundae rerum eius numina subparisq; potentiae per quae
tamen uaticinia · somniaque ac prodigia componuntur · haec aruspicio exta
fissiculationum monimenta quae dant uocesq; transmutant · auguriisque
loquuntur omnibus · plerumque enim querentes ammonent · uel sideris cursu
uel fulminis iaculo · uel ostentaria nouitate · Sed quoniam unicuiq; superae
deae singulisq; deseruiunt ex illorum arbitrio statusq; comitatus & genera
lis omnium praesul & specialis singulis mortalibus genius ammouetur ·
Quem & iam praestitem · quod praesit gerundis omnibus uocauerunt